et ſophoniam filium maaſiæ ſacerdo
tem ad hieremiam prophetam dicens.
Ora pro nobis dn̄m dm̄ nr̄m. hieremias autē
libere ambulabat in medio ppli. non enī
miſerant eum in cuſtodiam carceris.
Igitur exercitus pharao egreſſus eſt de
egypto et audientes chaldei qui obſi
debant hierlm huiuſcemodi nuntiū.
receſſerunt ab hierlm. Et factū eſt
uerbum dn̄i ad hieremiam propheta̅m
dicens. Hæc dicit dn̄s ds̄ isrl̄. Sic dicetis regi
iuda qui miſit uos ad me interrogan
dum. Ecce exercitus pharaonis qui
egreſſus eſt uobis in auxilium reuerte
tur in terram ſuam in ægyptum. Et
redient chaldei et bellabunt contra
ciuitatem hanc et capient eam et incen
dent igni. Hæc dicit dn̄s. Nolite deci
pere animas ur̄as dicentes. Euntes ha
bibunt et recedent a nobis chaldei quia

ergo rex ſedecias ut traderetur hiere
mias in ueſtibulo carceris. et daretur ei
torta panis cotidie excepto pulmento.
donec conſumerentur omnes panes de ciui
tate. Et manſit hieremias in ueſtibulo
xxxviii carceris. Audiuit autē ſaphatias filius
mathan. et iedelias filius phaſſur. et
iuchal filius ſelemiæ. et phaſſur filius
melchiæ ſermones quos hieremias lo
quebatur ad omnem pplm dicens. hæc
dicit dn̄s. Quicumq; manſerit in ciui
tate hac morietur gladio et fame et peſte.
Qui autem pfugerit ad chaldeos uiuet.
et erit anima eius ſoſpes. et uiuens.
Hæc dicit dn̄s. Tradendo tradetur ciuitas hec
in manu exercitus regis babylonis. et
capiet eam. Et dixerunt principes re
gi. Rogamus ut occidatur homo iſte.
De induſtria enim diſſoluit manus uirorum
bellantium qui remanſerunt in ciui

fragmentarium
License: cc-by-nc – Frauenfeld, Kantonsbibliothek Thurgau, X 519, rear pastedown recto – Biblia Sacra Vulgata (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zvl4/10904/78879)